et semisse. A mercurio usque
ad venerem tantundem. A venere usque
ad solem xxiii ccc xxxvi.
A sole usque ad martem sunt
miliaria xv dcclxxv. A
marte usque ad iovem vi dccc
xii. A iove usque ad saturnum tantundem.
A saturno usque ad firmamentum
xxiiii cccc xxxvi. Totius
semper quod a terra usque ad celum
stellarum sunt miliaria cix
ccc lxxv et.

## De natura celorum et superiorum corporum Capitulum

Celum est corpus primum
natura simplicissimum,
essentia subtilissimum, incor-
ruptibilitate solidissimum,
quantitate maximum, qualitate
lucidum, dyaphaneitate
perspicuum, materia purissimum,
figura sphericum, locali situ
supremum, amplitudine conti-
nentiam in se aliarum contenti-
vum. Iste proprietates tamen celo con-
veniunt empyreo, quam
primo mobili. Sed preter hec
celum empyreum motu est ex-
pers, beatorum spirituum habitaculum
superius sedes dei nuncupatur.
Celum vero primum mobile convenit proprie,
quod est motu velocissimum, ac
in inferiora virtutis influxivum.
Eodem modo dicendum est de fir-
mamento, quod pertinere convenit
ei de proprietatibus superioribus et in-
super est astrorum diversitate ac stellarum
decoratum. Corpora celestia
dividuntur in lucentia et non lu-
centia ac dyaphana. Nam
corpus lucens est sol, qui solus in se
sydera lucet. Sed non lucentes
sunt stelle cetere et planete, quibus lumen
suum a sole ministratur. Corpora
non dyaphana sunt orbes sphere ce-
lestes. Iste sphere celestes circummo-
ventur, non mutant locum, sed
moventur in locis suis. Superiora
vero influunt in inferiora virtute
motiva, vegetativa, sensi-
tiva, ac omni generaliter producti-
va. Et licet careant qualita-
tibus elementaribus, non enim sunt ca-
lida ut frigida, sicca ut humida,
tamen ita causant in inferioribus.
Veruntamen non influunt super liberum